



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

17. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex epistola Rabani ad Heribaldum Episcopum.*

Rhab. epist.
ad Heribald.
c. 4.
Burchard. lib.
6. c. 23.
Deuteron. 19.

XVI. Nam de his legimus qui hominem non sponte interfecerunt Deum per legislatorem urbes refugij deputasse, ad quas confugientes salvarentur ab ultore sanguinis proximi sui & non morerentur. Unde in Deuteronomio scriptum est : *Hæcerit lex homicidacujus vita servanda est. Qui percusserit proximum suum nesciens, & heri & nudius terius nullum contra eum odium habuisse comprobatur, sed abiisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cedenda, & in succione lignorum securis furgit de manu, aut ferrum delapsum de manubria amicum ejus percusserit & occiderit, hic ad unam urbium supradiutarum configiat & vivat.*

De eadem re. *Ex Concilio Vvormaciensi cap. v.*

Concil. Vvor-
mac. c. 29.
Burchard. lib.
6. c. 21.
Vide legem
Saxon. c. 11.
& leg. Longo-
bard. lib. 1.
tit. 9. c. 5.

* Ex veteri co-
dice M S. bi-
bliothecæ re-
giæ.

XVII. Sæpe contingit ut dum quis open-
necessario insistens arborem incidat, aliquis
subtus ipsam veniens deprimatur. & idcirco,
si voluntate vel neglegentia incidentis arbo-
rem factum est, ut homicida pœnitentiae de-
bet omnino submitti. Quod si non voto, sed
incuria ejus, non denique * [hæc eum] sententia
contingit; sed dum ille operi necessario fortal-
sis incumberet, iste insperatus occurrit subar-
bore, & sub ipsa oppressus est, incisor arbo-
ris non tenetur pro homicida.

1632